fuerint, fratres tam agnationis, quam cognationis jure secundo [1] gradu constitutos tibi præferri non ambigitur. Nam [2] si amitinis [3] tuis alio etiam patre natis, nunquam [4] eorum matris [5] privigni sunt: admisisse te bonorum possessionem probans, eorum vindica successionem. S. 12. Kalend. Mart. CC. CONSS.

De avunculo, & consobrino.

6. Iidem AA. & CC. Publiciano.

AVunculo [6] priori, qui est [in] tertio gradu, quam consobrino [7], qui sequentem occupat, deferri successionem intestati, certi juris est. Supposita Kal. Octobr. CC. CONSS.

De affinibus.

7. Iidem AA. & CC. Nicolao.

ADfinitatis [8] jure nulla successio permittitur [9]. S. Idib. Octobr. CC. CONSS.

Si spes testamentariæ successionis duret.

8. Iidem AA. & CC. Justæ.

ANtequam scriptus [heres] cujuscunque portionis capax repudiet hereditatem, vel alia ratione quærendæ facultatem amittat: ei [10], qui testamentum reliquit, intestato nemo succedit. Igitur perspicis, quod testamentariæ [11] successionis spe durante, intestato bona defuncti non recte vindicentur. S. 6. Idib. Mart. *Retiariæ*, CC. CONSS.

De domino ancillæ, quæ cum defuncto contubernium habuit.

9. Iidem AA. & CC. Sopatro.

ANcillæ [12] dominus liberi hominis, cum quo contubernium hæc habuit, per hanc conjunctionem successionem vindicare non potest. S. 15. Kal. Januar. *Nicomediæ*, CC. CONSS.

De nutritoribus.

10. Iidem AA. & CC. Danubio.

NUtritoribus [13] hoc nomine, nec civili, nec honorario jure defertur hereditas. S. 6. Kal. Januar. CC. CONSS.

De peregrinis & advenis.

In AUTHENT. De statu & consuet. §. omnes peregrini. col. 10. const. fin.

OMnes peregrini & advenæ libere [14] hospitentur, ubi voluerint. Et hospitati si restari voluerint, de rebus suis liberam ordinandi habeant facultatem, quorum ordinatio inconcussa servetur. Si vero intestati decesserint, ad hospitem [15] nihil [16] pervenit; sed, bona ipsorum per manus Episcopi, loci, si fieri potest heredibus [17] tradantur, vel in pias causas erogentur. Hospes vero si aliquid ex talium bonis contra hanc constitutionem nostram habuerit: Episcopo triplum restituat, quibus visum ei fuerit adsignandum, non obstante statuto aliquo, aut consuetudine, seu privilegio, quæ hactenus contrarium inducebant. Si qui autem contra hanc nostram constitutionem venire præsumserint, eis de rebus suis testandi interdicimus facultatem, ut in eo puniantur, in quo deliquerunt: alias, prout culpæ qualitas exegerit, puniendi.

De lucris nuptialibus & de bonis maternis.

11. Imp. JUSTINIANUS A. Demostheni PP.

SAncimus, quemadmodum de his rebus, quæ liberis in sacris constitutis ex occasione maritali acquisitæ sunt, certus destinatus [18] est ordo; ut si quis ex his ab hac luce fuerit subtractus, pars ejus, quam lucratus fuerat, ad liberos ejus, vel nepotes concedatur; quibus non extantibus, ad fratres suos ex eodem matrimonio progenitos, vel si etiam non supersint, ad fratres ex aliis nuptiis procreatos: cumque nemo eorum fuerit relictus, tunc ad patrem perveniet, ita & de his, quæ materna [19] linea per quamcumque occasionem, vel inter vivos, vel per ultimas dispositiones, vel ab intestato descendunt, similis ordo servetur: primo in filii, vel filiæ successionem posteritate ejus vocanda: eaque non inventa, fraterno [20] consortio ejusdem, vel alieni matrimonii secundum prædictum ordinem arcessito: tunc ac ultimum [21] locum pater a legibus conclametur, & sui filii non gratam hereditatem relictam, sed triste [22] lucrum sibi lugeat acquisitum. In omnibus videlicet [casibus] in superstite sobole liberorum & fratribus adhuc viventibus, qui ad hereditatem defuncti patrem antecedunt, usufructu [23] rerum, quarum dominium ad eos pervenit, apud parentes remansuro. Dat. 15. Kal. Octobr. *Chaled.* DECIO V. C. CONSS. 529.

De fratribus & sororibus.

In AUTHENT. de consang. & uter. frat. §. 1. col. 6. tit. 13. al. 12. Novell. 84. cap. 1.

ITaque mortuo patrefamilias, si filius decedat intestatus sine liberis, relictis fratribus & sororibus, aliis consanguineis, aliis uterinis, & quibusdam ex utroque parente conjunctis: in eos solos transmittit hereditatem, qui ex utroque [24] latere connexi sunt.

TIT. LX.

DE BONIS MATERNIS [25], ET MATERNI [26] GENERIS 27.

In rebus maternis delatis filio in potestate constituto pater habet hodie solum usumfructum. Salic.

1. Imp. CONSTANTINUS A. Consulibus, Prætoribus, Tribunis plebis, & Senatui S.

REs, quæ [ex] matris [28] successione, sive ex testamento, sive ab intestato fuerint ad filios devolutæ, ita sint in parentum potestate, ut [utendi] fruendi [29] [duntaxat] habeant in diem vitæ facultatem, dominio [30] videlicet earum ad liberos pertinente. † Parentes autem, penes quos maternarum rerum utendi, fruendique [tantum] potestas est, omnem debent tuendæ rei diligentiam [31] adhibere: & quod jure filiis debetur, in [32] examine [per se, vel per procuratorem [33]] poscere: & sumptus ex fructibus impigre facere, & litem inferentibus resistere: atque ita omnia agere [34], tanquam solidum perfectumque dominium [eis acquisitum fuisset,] & personam gerant legitimam, ita [35] ut si, quando rem alienare voluerint: emptor, vel is, cui res donatur, observet, ne quam partem earum rerum, quas alienari prohibitum est, sciens accipiat, vel ignorans: docere enim pater debet, proprii juris eam rem esse quam donat, aut distrahit: & emptori, si velit, fidejussorem licebit accipere: quia nullam poterit præscriptionem [36] opponere filiis quandocunque rem suam vindicantibus. Dat. 15. Kalend. August. *Aquileiæ*, SABINO, & RUFINO CONSS. 316. Recitata apud VECTIUM RUFINUM P. V. in Senatu, Non. Septembr. CONSTANT. A. P. & LICINIO CONSS. 319.

In AUTHENT. de nupt. §. si vero expectet. ver. interminatur. col. 4. tit. Novell. 22. cap. 23.

NIsi tricennale tempus transeat, quo possessor dominus [37], sit & detentatio accipientes dominos faciat, vel constituat: tempore incipiente filiis currere, ex quo suæ potestatis esse apparuerint: nisi tamen aliquem impuberem ætas adjuvet.

2. Impp. ARCAD. & HONOR. AA. Florentio PP.

QUidquid [38] avus, avia, proavus, proavia [ex materna linea venientes] nepoti, nepti, pronepoti, pronepti, testamento, fideicommisso, legato, donatione, vel alio quolibet titulo largitionis, vel etiam intestati successione contulerint: pater filio, filiæve integra illibataque custodiat, ut vendere, donare, relinquere, alteri obligare [sicut nec materna [39] bona,] non possit, [usufructu duntaxat ad eum pertinente:] ita ut quemadmodum ipse super his [rebus] licentiam totius potestatis amittit, defuncto [40], filio, filiæve præcipua [40] computentur, nec ab illis, qui ex parte [41] sunt cohæredes, vindicentur. Dat. Idib. Octob. OLYBRIO, & PROBINO CONSS. 395.

3. Impp. THEOD. & VALENT. AA. ad Senatum urbis Romæ.

SI [42] viva matre emancipati [43] sunt filii, & postea decessit mater: quoniam omni commodo destituitur pater, neque retinet usumfructum, viriles ei inter filios (sive unus, sive plures sint) ususfructus tribuimus portiones. Sin vero mulier moriens alios ex filiis emancipatos a patre, alios in patria potestate dimiserit, in [hoc] casu dispari utetur maritus defunctæ beneficio. Quo casu utrique præscripsimus, id est, circa eorum quidem portionem, quia adhuc in sacris retinentur, usumfructum ex legum autoritate retinebit [pater] & præmium [44] delatæ emancipationis [45], cum volet, accipiet: in eorum vero parte, quos exisse de potestate viva matre constiterit, usumfructum vitalis inter eos portionis secundum præscripta percipiet. † In nepotibus etiam, vel neptibus hoc observandum esse censemus, ut maritus qui uxore mortua non extantibus filiis cum solis nepotibus, vel neptibus ex hac lege ad emolumentum [1] vocandus est: si unus, vel una, pluresve nepotes ex filio uno, vel pluribus qui in potestate defecerunt, procreati sint, hoc jure utatur, quod de filiis constitutum est. Nam licet hoc novum præsens lex constituat in nepotes: non tamen abs re est, ut in hoc casu deteriores esse nepotibus filii non finantur. Habeat igitur avus veniens cum nepotibus in potestate durantibus usumfructum bonorum omnium quæ ex defunctæ aviæ successione delata sunt. Cum vero his quoque libertatem emancipatione largitur: similiter & ab ipsis (sicut de filiis constitutum est [2]) præmium [3] manumissionis accipiat, vel si ex pluribus alteros manumittit, alteros retinet, ex parte manumissorum legitimum præmium; ex parte vero in potestate manentium retineat usumfructum. † Quod si nepotes sint neptesve aut ex emancipato filio aut ex filia procreati, aut ab ipso avia vivente sacris [4] dimissi, idem avus virilis cum ipsis portionis habeat usumfructum. Si vero ex nepotibus neptibusve tempore quo in aviæ successionem vocantur, alii in avi sunt potestate, id est, mariti defunctæ, alii sui juris sunt: circa personas quidem eorum qui in potestate consistunt, & in usufructu consequendo, & in emancipationis præmio conquirendo ratio supradicta servetur. In his vero qui sui juris sunt, facultas capiendi ususfructus virilis inter eos portionis habeatur. † Eadem [5] autem & de pronepotibus utriusque sexus [6] sancimus: manente definitione quæ de singulis sancita est, si filii sint pariter ac nepotes. Dat. 7. Id. Nov. THEOD. 13. & VALENT. 3. AA. CONSS. 430.

Pater per transitum ad secunda vota non perdit usumfructum sibi quæsitum in rebus filiorum. Salic.

4. Imp. LEO A. Callistrato PP. per Illyricum.

OMnem [7] ambiguitatis confusionem amputantes, hac liquida, & compendiosa lege sancimus, circa usumfructum maternarum rerum nullam esse differentiam, sive in priore matrimonio pater ex quo filios habuit, permanere voluerit, sive [8] novercam filiis superinduxerit: legibus quæ de maternis bonis latæ sunt, suam habentibus firmitatem. Patres igitur usumfructum [9] maternarum rerum, etiamsi ad secundas migraverint nuptias, sine dubio habere debebunt, nec ullam filiis, vel quibuslibet ex persona eorum contra patris improbam vocem accusationemque posse competere. Dat. Kalend. Septemb. ANTHEMIO A. 2. CONSS. 468.

TIT. LXI.

DE BONIS, QUÆ LIBERIS [10] IN POTESTATE PATRIS CONSTITUTIS EX MATRIMONIO [11], VEL ALIAS ADQUIRUNTUR, ET EORUM ADMINISTRATIONE.

De bonis maternis & de lucris nuptialibus.

1. Impp. THEODOS. & VALENT. AA. ad Senatum urbis Romæ, post alia.

CUm venerandæ leges [12] vetuerint patribus jure potestatis acquiri quidquid eorum filiis avus, avia, proavus, proavia a linea [13] materna venientes quocunque titulo contulissent, hoc [14] quoque convenit observari, ut quicquid [15] vel uxor marito non emancipato, vel maritus uxori in [16] potestate posita, quocunque titulo vel jure contulerit, sive transmiserit, hoc patri nullatenus [17] acquiratur: atque ideo in ejus tantum cui delatum est, jure durabit. Dat. 3. Id. Novemb. *Ravennæ*, THEODOSIO 12. & VALENTINIANO 2. AA. CONSS. 426.

De profectitiis.

2. Iidem AA. Hierio PP.

CONstitutionis [18] novæ [19] capitulum clariore interpretatione sancimus, ut quæ per filios, nepotes, pronepotes, itemque filias, neptes, pronepotes, quamvis in potestate sint, minime acquiri [patri] decrevimus a marito, vel uxore quocunque titulo collata, sive ultima transmissa voluntate: nullus ad id quoque pertinere existimet, quod [20] ab ipso parente datum, [vel dotis] vel ante nuptias donationis causa, pro una ex memoratis pernis præstitum fuerat, ut minime ad eum, si casus tulerit, revertatur. Prospiciendum est enim, ne hac injecta formidine, parentum circa liberos munificentia retardetur: sed ut [21] his potestatis jure ad parentes reversis, cæterarum [illegible] substantia speciali conjugis ad superstitem devenerant, quamvis idem in sacris [22] sit, fructu [23] tamen solo atque usu parentibus deputato, dominium ei, qui a conjuge, vel quæ a marito meruit, reservetur: parente propter emancipationis beneficium, si voluerit, sicut in maternis rebus, vel quæ per eandem lineam veniunt, præmium [24] habituro. Dat. 10. Kalend. Mart. FELICE & TAURO CONSS. 428.

Filiifamilias in lucris nuptialibus liberos suos habent heredes. Bald.

3. Iidem AA. Florentio PP.

QUod [25] scitis prioribus continetur, nec a filia, quæ in potestate est, donationem ante nuptias patri, nec a filio dotem acquiri, eo addito confirmamus, ut [26] defunctis his adhuc in potestate patris, si liberis extantibus, moriantur, ad [27] liberos eorum eædem res jure hereditatis, non ad patres jure peculii transmittantur, nec per nepotes avo videlicet adquirendæ. † Sin autem idem nepos superstitibus tam patre quam avo paterno diem suum sine liberis obierit: eorum dominium quæ ad ipsum ex [28] matre, vel ab ejus linea pervenerint, non ad avum, sed ad patrem ejus perveniat: usufructu [29] videlicet in hujusmodi casibus avo (dum supererit) reservando. Dat. 7. Idus Sept. *Constantinop.* THEODOSIO A. 17. & FESTO CONSS. 439.

De bonis ex matrimonio quæsitis.

4. Imp. LEO & ANTHEMIUS AA. Erythrio PP.

QUæcunque res ad filium vel filiam, nepotes sive pronepotes utriusque sexus in potestate constitutos, ex priore, vel [30] secundo, aut tertio, seu numerosiore [31] conjugio [32] pervenerint, ex [33] dote, vel quacunque donatione, seu hereditate, vel legato vel fideicommisso: earum [34] rerum usque in diem vitæ suæ pater, vel avus, vel proavus usumfructum habeant, easdem res quocunque [35] modo alienandi [36], vel pignoris seu hypothecæ jure obligandi, facultate eis penitus interdicta: dominio videlicet earum apud filios & nepotes sive pronepotes utriusque sexus permanente, etiamsi ex eodem matrimonio procreati non sint, ex quo eædem res ad parentes eorum, qui quæve in potestate sunt, fuerint devolutæ: Eo videlicet observando, ut morientium fratrum sororumve portiones, qui quæve ex eodem matrimonio progeniti vel progenitæ sunt, primo [37] quidem ad liberos [38] eorum (ut dictum est) si tamen fuerint, deinde his non extantibus, ad superstites tantummodo fratres [39] vel sorores eorum perveniant, aut ad superstitem, si ex iisdem fratribus aut sororibus unus unave remanserit. Omnibus autem qui ex eodem conjugio fuerint procreati, defunctis: tunc demum ad eos qui ex alio [40] sunt matrimonio editi, easdem res pro virili pervenire statuimus: nulla autem ex memoratis personis existente, parentes [41] eorum eas percipere. Parentibus vero quorum sub potestate sunt, usumfructum duntaxat habituris, memoratas res jure potestatis alienandi vel obligandi licentiam denegamus: non prohibendis iisdem liberis quandocunque sui juris fuerint, nulla temporali præscriptione obsistente, easdem res omnibus modis vindicare: nisi [42] forte postquam potestate parentum eos contigerit liberari, tantum [43] temporis effluxerit, ut ex continua & inconcussa tenentis possessione eorum intentio excludatur. Dat. 5. Kalend. Mart. MARTIANO & ZENONE CONSS. 469.

De bonis ex sponsalibus quæsitis.

Sicut quæsita a marito uxor non adquirit patri, nisi quoad usumfructum, sic nec quæsita a sponso. Salic.

5. Iidem AA. Nepotiano Magistro militum Dalmatiæ.

NOn [44] sine ratione de negotio quod inter matremfamilias, cujus vestra suggestio meminit, & germanum ejus vertitur, magnitudo tua diversis legibus ex utraque parte prolatis, nostram credidit consulendam esse clementiam; cum mulier diversis juris lectionibus idem intelligi maritum, & sponsum [45] niteretur probare: germanus [autem] mariti nomen illi soli, qui nuptias contraxisset, ex recitatione constitutionis [46] divorum retro Principum Theodosii & Valentiniani (quæ cavetur, quicquid [47] maritus, vel uxor in potestate constituti invicem sibi reliquerint, non patri acquiri, sed ad eorum jus pertinere) imponere. Quamvis ergo significatione [48] nominis maritus vel uxor post cœptum matrimonium intelligatur, ex quo videlicet inducta est dubietas: attamen quia consequens est ambiguas atque legum diversis interpretationibus titubantes causas benigne [49] atque naturalis juris moderamine temperare: non piget nos in præsenti quoque negotio, de quo sublimitas tua suggessit, æquitati convenientem Juliani tantæ existimationis viri atque dissertissimi jurisperiti opinionem sequi: qui quidem de dotali prædio tractatu proposito; idem jus tam de uxore quam [50] de sponsa obtinere, pater emancipare velit, & pro emancipationis præmio, dimidiam ejus proprietatis retinere? non poterit, sed dimidiam tantum ususfructus, ut & in bonis maternis liberorum dimidiam ususfructus retinere poterit. *l. 3. supr. tit. prox.* 22 Sacra paterna quoli diximus plenius in *l. 10. §. 1. ff. de adoptionib.* 23 Hinc colligunt lucri nuptialis filio vel filiæfamilias delati usumfructum ad patrem deferri. 24 *l. 3. §. ult. prox.* 25 Ex Novella de paternis, & maternis bonis. *tit. 7. Eclog. d. l. c. 7.* 26 Lucra nuptialia mortuo eorum proprietario deferuntur hoc ordine: liberis primum defuncti; deinde patri: sed tamen, ut cum patri adquiruntur, avus in illis usumfructum habeat. *Synopsis ibid. cap. 7.* 27 Filiifamilias in lucris nuptialibus liberos suos habent heredes, id est, ad liberos transferunt ejusmodi bona jure hereditatis potius, quam ad patrem jure peculii. 28 Bona materna eodem ordine deferuntur liberis, patri & avo, quo lucra nuptialia, paulo ante diximus: hoc est, liberis primum, deinde patri, post avo, sic ut avus in illis usumfructum habeat, quoties ea bona patri defuncti adquirantur. 29 Avus paternus lucri nuptialis filiofamilias suo delati usumfructum habet, maternus proprietatem. 30 Adde *l. 4. supr. tit. prox.* 31 Nuptiæ secundæ, tertiæ, & quartæ numerosiores denique permissæ. *ut hic.* 32 De bonis quæ ex matrimonio filii adquiruntur. 33 *l. 11. supr. com. de success.* 34 Lucra nuptialia, vel aliunde liberis adquisita productuarius dominium rei alienare, pignori, aut hypothecæ dare non poteſt. 36 *Novell. 22. c. 24.* 37 Ad quos, & quo ordine deferantur lucra nuptialia. *l. 7. in fin. l. 8. supr. de secund. nuptiis. Novell. 22. c. 26.* 38 De liberis. 39 De fratribus & sororibus consanguineis tantum & uterinis simul. 40 De fratribus consanguineis tantum & uterinis simul. 41 De parentibus. 42 *l. 1. §. ult. ff. de annuis except.* 43 *Novell. 22. c. 24.* 44 *Synopf. Basil. 45. tit. 45. §. 7.* 45 De bonis quæ ex sponsalibus filii adquiruntur. 46 *l. 1. supr. eod.* 47 Lucra nuptialia liberi in potestate positi patri non adquirunt. 48 Mariti propria significatione sponsus: nuptiarum sponsalia non continentur. 49 In ambiguo pro eo quod benignius est judicatur. *l. 1. supr. de legat. l. 168. ff. de reg. jur.* 50 Dotis nomen etiam extenditur ad sponsæ dotes. *l. 14. ff. de ædic. lib. 1. 8. 25. ff. de leg. l. 11. ff. de fore. prad. rustic. l. 10. in fin. ff. de reb. dubiis. l. 3. ff. de his quæ in testament. l. 42. ff. de pœnis. l. 155.*

1 Utpote in, &c. 2 Ac si. 3 Id est, filiis amitæ. 4 Non consanguinei eorum, &c. Cujac. 12. *observ.* 7. Lego, *nil enim*, 1. G. id est, nudi privigni matris, non etiam amitinorum consanguinei. 5 Matri, Hotom. 5. *observ.* 30. *ex sensu*, Si nunquam eorum matri ex novo matrimonio communes liberi nati, fed privigni tantum quæsiti sunt. 6 Mihi avunculus est consobrinus quasi eorum potior ut mihi succedat? avunculus. 7 Vide *l. 2. §. unde legitim.* 8 Vide *l. 3. §. eod.* excipe casum *legis 5. supr. eod.* 9 *Prætittitur*, Cujac. 17. *obs.* 6. 10 Dic ut §. *eod.* 11 Quandiu ex testamento succedi potest, non succeditur ab intestato, *ut hic, & l. 30. ff. de adq. vel omitt. her.* 12 Ancilla cum Titio libero homine contubernium habuit? ancillæ dominus Titio non succedet. Nam ut bonorum possessio peti possit, justum matrimonium esse oportet. *l. 1. ff. unde vir & uxor.* 13 Nutritor non succedit ab intestato ei quem nutrivit, hoc videlicet solo quod eum nutriverit. tacit *lex nit.* §. *de infantibus expositis. l. 24. supr. de episc. audientia.* vide etiam de alumno quæ dicam ad *l. 1. §. qua res pignor.* sic nec hospes hospiti. *Authent.* *mensis.* §. *eod.* nec socius socio. *l. 4. supr. profacio. l. 1. supr. qui testam.* 14 Liberi homines ire & habitare possunt, quo voluerint. *l. 12. supr. de oper. liberti. l. 71. §. 2. ff. de cond. & demonstr.* adeo ut mutatæ habitationis causa Princeps bona confiscate non possit. 15 Peregrini testari quovis loco possunt, & heredem suum etiam ab intestato habent. Olim quibusdam in locis jus successionis hospites sibi vindicabant hospitii jure, quod hæc Authentica tollit. Non etiam probatur a Bartolo hic Accursius in *l. quo tutela 73. ff. de reg. jur.* existimans, omnibus deficientibus tutorem pupillo suo succedere. 16 Ut quibusdam locis fiebat. 17 Peregrini intestati bona heredibus ab intestato conservantur. In Gallia Rex jure *albinagii* peregrinorum bona occupat, nisi scholastici fuerint: vel albinagii jure privilegio quodam exempti, ut Scoti, Helveti & similes. vide Rebuff. *in præam. confit. gloss. 5. n. 82.* vide Papon. 5. *Arrest.* 1. *de droit d' aubeine* & 3. *Notar.* 6. *des lettres de naturalité.* 18 Leone scil. *l. 4. §. de bonis qua liber.* 19 Matri succedunt liberi. 20 In maternis etiam bonis frater fratri succedit. 21 *Nov. 84. c. 1.* Hodie fratres defuncti non præferuntur ejusdem parentibus. 22 Patri filii hereditas triste lucrum. vide *l. ult. supr. de inst. & substit.* 23 *l. 13. supr. de legitimis heredibus.* Hodie id immutatum. *d. c. & c. 3.* 24 Utroque latere conjuncti præferuntur solis consanguineis & uterinis. 25 *45. Eclog. 4.* περὶ μητρικῶν ὑπαρχόντων. Materna bona, quæ a matre accipimus, *ut hic.* dicuntur & matrimonium Senecæ, Suetonio, Valerio, & D. Augustino: ut & paterna, patrimonium: & fraterna fratrimonium, ut in notis ad Senecam reculi. 26 Materni generis bona quæ a materna contributione veniunt. *Eclog. d. loco.* ejusmodi sunt ea quæ avus vel proavus maternus, avia vel proavia materna, & deinceps nobis dedit, contulit, reliquit. 27 Additur in Theodosiano Codice *lib. 8. tit.* 18. cretione sublata. 28 De bonis maternis vide *l. 1. C. Theod. l. 8. tit.* 18. *ex editione* Cujac. *Eclog. d. loco c.* 1. Goth. Explicationem *hujus legis* 1. & conciliationem *l. ult.* vide apud Joann. a Sande *decis. Frisicar. lib.* 2. *tit.* 7. *defin.* 4. Ant. 29 In rebus maternis delatis filio in potestate constituto pater habet nudum usumfructum. Olim bona materna filiofamilias pleno jure acquirebantur. *l. 6. §. 2. l. 92. ff. de adq. vel omitt. hered. l. 1. §. 6. ff. ad SC. Tertyllianum. l. 3. §. 4. ff. de donationib. int. vir. l. 1. §. ult. ff. de liber. ex hib.* Accurs. *hic.* vide Cujac. *hic.* 30 *l. 1. §. de bon. qua liber.* 31 In quolibet administratore exigitur asperitas summa. Juvenalis, *sane certus & asper, Procuratorem unitus qui proseras ipse.* 32 Hoc est, parentes qui usumfructum in bonis maternis liberorum habent, omnem tuendæ rei diligentiam adhibere debent, ac præterea lites liberorum in judicio persequi, tam per se quam per prosuratores: & sumptus ex fructibus facere. *Synopf. Basil. 45. tit. 4. c. 1.* 33 *l. 8. §. de bonis quæ liberis.* 34 *l. 6. §. 6. vers. non autem §. de bonis quæ liberis.* 35 Res maternas liberorum in quibus usumfructum ipse pater habet, non potest ipse pater alienare in fraudem ipsorum liberorum: ut eo casu tutissimum sit, emptori hujusmodi rerum fidejussorem ab ipso patre res eas vendente accipere. 36 Præscriptio nulla liberis opponitur res suas maternas vindicantibus ab earum emptore. hoc est, ab eo cui pater ipsorum liberorum eas vel donavit, vel vendidit: quandocunque enim voluerint ipsi liberi, res suas vindicare poterunt. 37 Possessor dicitur dominus competenti præsumptione. 38 De bonis materni generis. *l. 7. C. Theod. de bon. matern.* Bona materni generis filio delata patri adquirunturne nudo usufructu: ideoque pater ea alienare non potest. 39 *l. 1. supr. eod.* 40 Filius mortuo patre bona materna, aut materni generis reliquis fratribus non confert, qui ex parte sint coheredes, id est, fratris consortes. vide Cujac. 18. *obs.* 9. 41 Et ita legitur in *d. l. 7. C. Theod.* & in Basilicis, ἀπὸ τῶν κοινῶν. Nam extraneis heredibus certissimum est filios defuncti propria non conferre. 42 45. *Eclog. 4. c. 3. l. 8. C. Theod. 8.* 43 Viva matre Titius & Caius a patre emancipatus est: mater decessit: Proprietas bonorum mortuæ defertur ad ejus liberos: ususfructus vero eorum bonorum dividitur inter liberos & patrem viriliter. Quid si mulier mortua duobus liberis relictis uno emancipato, altero in potestate patris posito? Hic cum illo, id est, cum emancipato fratre pariter succedit, ut proprietatem sibi acquirat, usumfructum patri. Imo quotieseunque hunc emancipabit pater, dimidiam partem proemancipationis præmio, vel pretio retinere poterit. *ut hic. Syn. Basil. 45. tit. 4. c. 3.* 44 *Synopf. ibid.* 45 Bonorum maternorum & materni generis ususfructus filiofamilias delatus patri adquiritur. *l. 1. 2. supr. eod.* Quid si filius emancipetur? patris ususfructus extinguitur. Pro præmio tamen emancipationis parens olim potuit retinere tientem pleno jure. *l. 1. 2. C. Theod.* hodie semissem ususfructus. *l. 6. §. 3. §. tit. prox. l. ult. §. de emanc. lib. §. 2. Inst. per quas personas.* ad remunerandum beneficium emancipationis: quod & beneficium bonorum quærendorum dicitur in *l. 1. ff. si quis a parente manu.* Quid si huiusmodi bona filio jam emancipato adquirantur? pater virilem in usufructu consequitur, *ut hic.* 1 Præmium emancipationis collatæ liberis, id est, ut in bonis maternis liberorum parentes ipsi qui liberos ita emanciparunt dimidiam usufructus retinere possint, *ut hic.* Præmium idem & eadem præmii ratio est in lucris nuptialibus liberorum. *l. 2. §. tit. prox.* 2 *l. 17. supr. de collat.* 3 Id est, trientem. *l. 2. in fin. l. 6. §. 3. §. tit. prox.* adde Cont. 4 *Sacri*, seu pretium. *§. 2. Instit. per quas personas nobis:* quasi diceret, viriliem illam portionem ususfructus, de quo hic agitur, patri cedere, non jure adquisitionis (nec enim per liberam personam quidquam adquiritur) sed tanquam munus legum, oblatum reverentiæ paternæ. 5 Sacra paterna quid, dixi plenius in *l. 10. §. 1. §. de adopt.* vide *l. ultim. fin. supr. ad SC. Tertyll.* 5 *Synopf. Basil. ibid.* 6 Extensio hujus legis ad pronepotes utriusque sexus. 7 *Synopf. ibid. c. 4.* 8 Pater secundis nuptiis usumfructum sibi quæsitum in rebus filiorum non amittit, *ut hic, & Novell. 22. c. 34.* 9 *l. 4. §. tit. prox.* 10 *Qua filiisfamilias, C. Theod. l. 8. tit. 19.* 11 Puta ex casu dotis, vel donationis propter nuptias, hereditate, legato uxoris, vel mariti. *l. 1. 2. §. eod.* 12 *Lex 2. supr. tit. prox.* 13 *d. l. 1. & 2.* 14 Ut idem sit in lucris nuptialibus quæ liberis in potestate positis adquirantur, quod in bonis eorum maternis; utriusque namque generis bonorum proprietas liberis ipsis adquiritur, non patri. 15 Lucra nuptialia liberorum non quærunturpatri. 45. *Eclog. 4. cap.* 5. An usufructu tantum adquiruntur? *l. 2. in fin. §. eod.* 16 Patria potestas nuptiis non tollitur, nuptiæ feu matrimonium non est modus tollendæ patriæ potestatis. 17 Si proprietatem spectes: secus, si usumfructum. vide *l. 12. supr. de collat.* 18 Videtur esse pars *legis ultima supr. de sponsalib.* 19 Id est, præcedentis. 20 Restrictio legis superioris qua dictum fuit dotem vel donationem propter nuptias filii filiæve patri non quæri: hic excipitur dos, & donatio propter nuptias a patre protecta, nam utrumque, hoc est, & donatio propter nuptias, & dos protectitia, id est, a parente filio, & filiæ constituta, tolito matrimonio ad ipsum patrem, qui dedit revertitur, *ut hic.* Mirror ab autore Synopseos 45. *tit.* 4. *cap.* 6. hoc addi εἰν τὸ σύμφωνον ἦτω ἐνεῦθεν, si ita *Propiciendum est enim, &c.* 21 Lucra nuptialia liberorum soluto matrimonio, patri non adquiruntur, nisi usufructu tantum. Quid si filium, vel filiam, cui hujusmodi lucri proprietas obvenit, pater emancipare velit, & pro emancipationis præmio, dimidiam ejus proprietatis retinere? non poterit, sed dimidiam tantum ususfructus, ut & in bonis maternis liberorum dimidiam ususfructus retinere poteſt. *l. 3. supr. tit. prox.* 22 Sacra paterna quoli diximus plenius in *l. 10. §. 1. §. de adoptionib.* 23 Hinc colligunt lucri nuptialis filio vel filiæfamilias delati usumfructum ad patrem deferri. 24 *l. 3. §. tit. prox.* 25 Ex Novella de paternis, & maternis bonis. *tit. 7. Eclog. d. l. c. 7.* 26 Lucra nuptialia mortuo eorum proprietario deferuntur hoc ordine: liberis primum defuncti; deinde patri: sed tamen, ut cum patri adquiruntur, avus in illis usumfructum habeat. *Synopsis ibid. cap. 7.* 27 Filiifamilias in lucris nuptialibus liberos suos habent heredes, id est, ad liberos transferunt ejusmodi bona jure hereditatis potius, quam ad patrem jure peculii. 28 Bona materna eodem ordine deferuntur liberis, patri & avo, quo lucra nuptialia, paulo ante diximus: hoc est, liberis primum, deinde patri, post avo, sic ut avus in illis usumfructum habeat, quoties ea bona patri defuncti adquirantur. 29 Avus paternus lucri nuptialis filiofamilias suo delati usumfructum habet, maternus proprietatem. 30 Adde *l. 4. supr. tit. prox.* 31 Nuptiæ secundæ, tertiæ, & quartæ numerosiores denique permissæ. *ut hic.* 32 De bonis quæ ex matrimonio filii adquiruntur. 33 *l. 11. supr. com. de success.* 34 Lucra nuptialia, vel aliunde liberis adquisita productuarius dominium rei alienare, pignori, aut hypothecæ dare non poteſt. 36 *Novell. 22. c. 24.* 37 Ad quos, & quo ordine deferantur lucra nuptialia. *l. 7. in fin. l. 8. supr. de secund. nuptiis. Novell. 22. c. 26.* 38 De liberis. 39 De fratribus & sororibus consanguineis tantum & uterinis simul. 40 De fratribus consanguineis tantum & uterinis simul. 41 De parentibus. 42 *l. 1. §. ult. §. de annuis except.* 43 *Novell. 22. c. 24.* 44 *Synopf. Basil. 45. tit. 45. §. 7.* 45 De bonis quæ ex sponsalibus filii adquiruntur. 46 *l. 1. supr. eod.* 47 Lucra nuptialia liberi in potestate positi patri non adquirunt. 48 Mariti propria significatione sponsus: nuptiarum sponsalia non continentur. 49 In ambiguo pro eo quod benignius est judicatur. *l. 1. supr. de legat. l. 168. ff. de reg. jur.* 50 Dotis nomen etiam extenditur ad sponsæ dotes. *l. 14. §. de ædic. lib. 1. 8. 25. ff. de leg. l. 11. ff. de fore. prad. rustic. l. 10. in fin. ff. de reb. dubiis. l. 3. ff. de his quæ in testament. l. 42. ff. de pœnis. l. 155.*

ſervari arbitratus eſt: licet lex Julia de uxore tantum loquatur. Qua ratione tam ſponſalitiam [1] donationem, quam hereditatem, quam memoratus ſponſus ſuam ſponſam lucrari voluit, non acquiri patri, ſed ad eam pervenire, benignius eſſe perſpicimus. Datum Kalend. Jun. LEONE A. V. CONS. 471.

De bonis, quæ extrinſecus ad filiosfamilias veniunt.

6. Imp. JUSTINIANUS A. Demoſth. PP.

CUm oportet [2] ſimilem providentiam tam patribus, quam liberis deferri: invenimus autem in veteris juris obſervatione multas eſſe res quæ extrinſecus [3] ad filiosfamilias veniunt, & minime patribus acquiruntur: quemadmodum in maternis [4] bonis, vel quæ ex maritali [5] lucro ad eos perveniunt, ita & in his, quæ ex aliis cauſis filiisfamilias acquiruntur, certam introducimus definitionem. Si quis itaque filiusfamilias, vel patris ſui, vel avi, vel proavi in poteſtate conſtitutus, aliquid ſibi acquiſierit [6], non ex ejus ſubſtantia, cujus in poteſtate ſit, ſed ab aliis quibuscunque cauſis, quæ ex liberalitate fortunæ, vel laboribus ſuis ad eum perveniant: eas ſuis parentibus non [7] in plenum ſicut antea fuerat ſancitum, ſed usque ad uſumfructum ſolum [8] acquirat, & eorum uſusfructus quidem apud patrem, vel avum, vel proavum, quorum in ſacris ſit conſtitutus, permaneat: dominium autem filiisfamilias inhæreat, ad exemplum, tam maternarum, quam ex nuptialibus cauſis filiisfamilias adquiſitarum rerum. Sic etenim & parenti nihil derogabitur, uſumfructum rerum poſſidenti, & filii non lugebunt, quæ ex ſuis laboribus ſibi poſſeſſa ſunt, ad alios transferenda aſpicientes, vel ad extraneos, vel ad fratres ſuos, quod etiam gravius multis eſſe videtur: exceptis [9] caſtrenſibus peculiis, quorum nec uſumfructum patrem, vel avum, vel proavum habere veteres leges concedunt: in his enim nihil innovamus, ſed vetera jura intacta ſervamus: eodem obſervando etiam in his peculiis, quæ quaſi [10] caſtrenſia peculia ad inſtar caſtrenſis peculii accefferunt.

In AUTHENT. ut lic. mat. & aviæ. in princ. col. 8. tit. 18. al. 13. Nov. 117. c. 1.

EXcipitur, quod eis datur, vel relinquitur ab aliquo parentum, conditione hac adjecta, ne [11] ad patrem perveniat uſusfructus.

In AUTHENT. de heredibus ab inteſt. ven. §. ſi vero cum. col. 9. tit. 1. Novell. 118. cap. 2.

ITem hereditas fratris, ſororiſve, ad quam una [12] cum patre admittitur, & forſan ſi aliunde queratur lege prædicta.

In AUTHENT. ut nulli jud. §. quia vero col. 9. tit. 17. al. 9. Nov. 134. cap. 11.

IDem eſt in his, quæ ex lege deferuntur liberis, parentibus præſumentibus ſolvere matrimonium ſine cauſis lege definitis.

§. 1. Sub hac tamen definitione hunc legis articulum inducimus, [ut] in ſucceſſione quidem earundem rerum, quæ extrinſecus [13] filiisfamilias acquiruntur, jura eadem obſerventur, quæ in maternis [14], & nuptialibus [15] rebus ſtatuta ſunt. §. 2. Non autem hypothecam [16] filiifamilias adverſus res patris viventis adhuc, ſeu jam mortui ſperare audeant [17], nec [18] ratiocinia ei ſuper adminiſtratione inferre: ſed tantummodo alienatione, vel hypotheca ſuo [19] nomine patribus denegata, rerum habeat parens pleniſſimam poteſtatem, uti fruique his rebus, quæ per filiosfamilias ſecundum prædictum modum adquiruntur, & gubernatio [rerum] earum ſit penitus impunita [20]: & nullo modo audeat filiusfamilias, vel filia, vel deinceps pertionæ vetare eum, in cujus poteſtate ſunt, easdem res tenere, aut quomodo voluerit gubernare: vel ſi hoc fecerint, patria [21] poteſtas in eos exercenda eſt: ſed habeat pater, vel aliæ perſonæ, quæ ſuperius enumeratæ ſunt, pleniſſimam poteſtatem uti frui, gubernareque res prædicto modo acquiſitas.

† Et ſi quid [ex Juſu earum pater, avus vel proavus collegerit: [22] habeat licentiam, quemadmodum cupit, hoc diſponere, & in alios heredes transmittere, vel ſi ex earum [rerum] fructibus res mobiles [23], vel immobiles, vel ſe moventes comparaverit: eas etiam quomodo voluerit, habeat & transmittat, & in alios transferat, ſive extraneos, ſive liberos ſuos, ſeu quamlibet perſonam. † Sin [24] autem res ſibi memorato modo acquiſitas parens noluerit retinere, ſed [25] apud filium, aut filiam, vel deinceps perſonas reliquerit: nullam poſt [26] obitum ejus licentiam habeant heredes alii patris, vel avi, vel proavi eundem uſumfructum, vel quod ex hoc ad filiisfamilias pervenit (utpote [27] patri debitum) ſibi vindicare: ſed quaſi diuturna [28] donatione in filium celebranda, qui uſumfructum detinuit, quem patrem [ejus] habere oportuerat, ita cauſa intelligatur, ut eundem uſumfructum poſt obitum patris ipſe lucretur: parente jus exactionis, quaſi ſibi debitæ a filio, qui uſumfructum conſenſu ejus poſſidebat, ſuæ poſteritati, vel ſucceſſioni minime transmittente: quatenus in omni [29] pace inter ſe ſucceſſio ejus permaneat, nec altercationis cujusdam (maxime [30] inter fratres) oriatur occaſio.

§. 3. Cum autem Conſtantiniana lege [31] cautum erat, ſi filiifamilias ab his, qui eos in poteſtate habent, nexu pateru per emancipationem [32] liberentur, debere [33] patrem tertiam [34] partem bonorum, quæ acquiri non ſolent, quaſi [35] remunerationis [36] gratia a filio accipere; nullam accipere, ex hac cauſa iterum pars non minima [37] ſubſtantiæ liberorum adimebatur: ſancimus hujusmodi caſu interveniente, & emancipatione liberis impoſita, non tertiam [38] partem dominii rerum minime acquiſitarum, ſed dimidiam [39] uſusfructus apud majores, qui emancipationem donant, reſidere: exceptis & in hoc caſu caſtrenſibus, & quaſi caſtrenſibus tantummodo peculiis, quibus nihil ex hac cauſa diminuitur. Sic enim nec liberis cujuscunque ſexus aliquid dominii auferetur, & patribus amplioris patrimonii uſusfructus adſignabitur. Hoc obtinente [40], & ſi in emancipatione ſibi parentes hoc minime ſervaverint [41]: ſed niſi ſpecialiter, vel in emancipatione huic præmio renuntiaverint, vel donatione facta ſeſe & ab hujusmodi beneficio alienaverint, & in liberos hoc tranſtulerint: manere apud eos etiam tacentes jus, & beneficium uſusfructus retinendi: ut poſt obitum [42] eorum uſusfructus in omnibus memoratis cauſis ad eos perveniat, quorum dominium eſt: ſcilicet, ſecundum quod jam diximus: in ſucceſſionibus eorum omnibus ſervandis, quæ [de] maternis, & nuptialibus bonis conſultiſſimis legibus definita ſunt.

§. 4. Sed cum tacitas hypothecas tam veteres leges in quibusdam certis caſibus introduxerunt, quam nos in maternis [43], cæterisque donationibus, quas ſervare neceſſe [44] eſt, & dubitabatur: ex quo tempore hypothecas competere oportet, utrumne [45] ab initio, an ex eo [tempore,] ex quo male aliquid geſtum eſt? compendioſa narratione interpretamur, initium [46] gerendæ, vel deferendæ adminiſtrationis, vel obſervationis eſſe ſpectandum, & non tempus, ex quo male aliquid geſtum fuerit. Recitata in [47] novo conſiſtorio palatii DN. Juſtiniani. Dat. 3. Kalend. Novembr. DECIO V. C. CONSS. 529.

De donatis a Principe, vel ab Auguſta.

7. Idem A. Juliano PP.

CUm multa privilegia Imperialibus donationibus jam præſtita ſunt, dignum incrementum & his conferre noſtra dignata eſt clementia. Si quis igitur a [48] ſereniſſimo Principe, vel a piiſſima Auguſta, ſive maſculus, ſive fœmina donationes ſit conſecutus, vel conſecuta, ſive mobilium [49], ſive immobilium, ſive ſe moventium rerum, filiusfamilias tamen conſtitutus, vel conſtituta, habeat hujusmodi res omni acquiſitione abſolutas, & nemini eas acquirat, neque earum uſumfructum pater, vel avus, vel proavus ſibi vindicet, ſed ad [50] ſimilitudinem caſtrenſis [51] peculii omnem facultatem in eas filii, vel filiæfamilias habeant. Ut enim Imperialis [52] fortuna omnes ſuperemini, vel filiæfamilias habeant. Ut enim Imperialis [52] fortuna omnes ſuperemi-
net alias, ita oportet, & principales liberalitates culmen habere præcipuum. Dat. propoſita 12. Kal. April. *Conſtantinop.* LAMPADIO, & ORESTE VV. CC. CONSS. 530.

§. 2. *l.* 192. §. 1. *ff. de reg. jur.* 1 Quemadmodum res quæſitas a marito uxor non adquirit patri niſi uſufructu tantum: ita & quæſita a ſponſo. adde *l.* 4. *ff. de fundo dot.* hoc eſt, ut lucra nuptialia filia patri non adquirit, ita nec lucra ſponſalia. 2 Hæc lex eſt ampliativa. *l.* 1. *ſupr. de bon. matern.* Inglois *deciſ.* 7. q. 6. *num.* 1. Anſ.

3 Lucra non ex patris ſubſtantia, ſed vel fortuito, vel labore quæſita liberi in poteſtate poſiti ſibi adquirunt proprietate: patri uſufructu: ut ſit rerum ita quæſitarum eadem ratio quæ rerum maternarum, & lucrorum nuptialium, *ut hic.* ibi, *quemadmodum, ibi, ad exemplum,* & §. 1. J. *eod.* Quid ſi filiusfamilias in caſtris bona quæſiverit aliqua? ea ne quidem uſumfructu patri adquirit, *ibi, exceptis caſtrenſibus.* Quid ſi in quaſi caſtris? idem, ut ſit eadem ratio quaſi caſtrenſis peculii & vere caſtrenſis, *ibi, eodem obſervando.* Quid? quæ vis ac poteſtas eſt uſusfructus ita parenti competentis? nempe ut pleniſſimam poteſtatem in eo habeat pater: ut eo uti, frui, res eas tenere & quo voluerit modo gubernare poſſit, & rurſus ut liberi eo nomine nullam hypothecam in bonis patris ſuperſtitis, vel mortui habeant, nullas rationes ab eo poſſint exigere, non eum prohibere res eas tenere, vel adminiſtrare: denique ut earum rerum adminiſtratio patri impunita ſit: niſi ea bona vel alienet, vel hypothecæ ſubjiciat. §. 2. Quid ſi quid ex fructu talium rerum parens adquiſierit? poteſt ita quæſita parens pro animi ſui ſententia diſponere, & abalienare: in alios denique heredes transmittere, ſed & res mobiles, immobiles, ſe moventes, ex iis quæſitas, in quamcunque voluerit perſonam liberorum, vel extraneam transferre. §. 2. *verſ. & ſi quid.*

4 *l.* 1. *ſupr. eod.* 5 *l.* 1. *in fin. l.* 2. *l.* 3. *l.* 4. *l.* 5. *ſupr. eod.* 6 Filiifamilias adventitiorum uſumfructum patri adquirant: adventitiorum, inquam exceptis caſtrenſibus & quaſi ſui; namque dominii & patrimonii res eas faciunt. §. 1. *verſ. Quæ enim invidia eſt? Inſt. per quas perſonas cuique.* 7 Jus vetus abrogatur, de quo in *l.* 2. J. *de patr. poteſt.* 8 §. 2. *Inſt. de adq. per adrog.* 9 Exceptio regulæ ſuperioris de caſtrenſibus. adde *l.* 7. J. *eod.* 10 Secunda exceptio de quaſi caſtrenſibus.

11 Filiifamilias relictum ne ad ejus patrem perveniret, patri non quæritur.

12 Quoties pater conſortium proprietatis cum filiofamilias habet, toties uſumfructum in filii portione non habet. 13 Id eſt, adventitiorum. 14 *l.* 1. *ſupr. eod.*

15 *l.* 1. 2. 3. 4. 5. 6. *ſupr. eod.* 16 Pro rebus filii quas pater velut fructuarius adminiſtravit, filius hypothecam non habet. 17 Imo ſperare audent, ut diſertis verbis ponitur in §. *n. t. hujus legis.* 18 Jaine colligunt, Patrem habere plenam adminiſtrationem actu & habitu: habitu, quia adminiſtrat, actu quia rationem non reddit. Num pater rationes, ſeu inventarium bonorum filii facere teneatur, vide Mynſing. 2. *obſ.* 39. 19 Parentes bona liberorum non poſſunt alienare ſuo nomine filiorum nomine poſſunt. 20 Quid ſi bona liberorum evertat? ſi nitro diſſipet? videntur auferenda. *arg. l.* 22. §. 8. *verſ. ſin vero autem. ff. ſolutio.* l. 50. *ff. ad SC. Trebell.* & in negligentia, non niſi magna ex cauſa, patri adminiſtratio adimenda. 21 Patria poteſtas exercenda. 22 Adquiſita per patrem ex uſufructu bonorum filii ad eundem deinde filio non adquirunturi: ideoque pater poteſt res ita adquiſitas prout voluerit in quoscunque alienare. 23 Græcis Κίνητα, ἀκίνητα, αὐτοκίνητα, *res ex ſe agitantes* dicuntur. *Synopſ. Baſil.* 45. *tit.* 4. *c.* 10. 24 Sententia hujus loci admodum turbata & perplexa eſt: ſæpius diximus in rebus maternis in lucris nuptialibus & ſponſalitiis, in quæſitis caſu, vel labore, præterquam in caſtris vel quaſi caſtris, a liberis in poteſtate uſumfructum patri competere. Quid ſi eam uſumfructum pater ſibi non retinuit: ſed eum ſuperſtes apud filium (cujus ea bona fuerint) eſſe paſſus fuerit? Pater autumo illo ſilentio uſumfructum filio donaſſe videtur: ut a coheredibus fatis, mortuo patre, eo nomine filius conveniri non poſſit. Pertito talis, uſusfructus a patre in vita omiſſi ad ejus heredes minime transmittetur. 25 Pater uſumfructum ſibi debitum filiofamilias poteſt remittere, *ut hic.* 26 Uſumfructum adventitiorum ſibi a patre donatum filius non confert.

27 Id eſt, quaſi debitum. 28 Baldus *hic numer.* 4. videtur legiſſe *diurna.* Ex conſenſu, Patrem filiofamilias ſutum diuturnum & diurnum donare poſſe: & hic quidem ſecundus eſt caſus (de priore paulo antea dictum eſt *ſupr. eodem.*) quo pater filiofamilias donare poſſit. Tertius eſt de dote & donatione propter nuptias. *l.* 35. *ff. familiæ.* Quartus, quando donat filio id quod donatorus eſſet extraneo. *Novell.* 92. *c.* 1. Quinius ſi ſtudiorum cauſa. Bald. *hic.*

29 Ea parentis eſt voluntas, ut liberi poſt mortem vivant pro[illegible] 30 Cujus pars extat *l.* 1. *ſupr.* inter fratres ſervanda. vide *l.* 4. *ſupr. comm. divid.* 31 Uſumfructum rerum maternarum *tit. proxim.* 32 [illegible] libertatis ſpecies. 33 Uſumfructum rerum maternarum *l.* 5. *ſupr. eod.* quærum, *ſupr. tit. proxim.* lucrorum nuptialium, *l.* 4. *ſupr. eodem.* ſponſalitiorum *l.* 5. *ſupr. eod.* quæſitorum denique caſu, vel labore alibi quam in caſtris, vel quaſi caſtris liberis in poteſtate poſitis, patres obtinent. Quid ſi eos liberos velint emancipare? uſusfructus ille liberos ita emancipatos tacite ſequitur. *verſ. hoc obtinente:* poteſt tamen parens pro præmio emancipationis liberis ita collatæ, non tertiam partem bonorum, ut olim, retinere, ſed dimidium uſusfructus, hoc eſt, præmium emancipationis quod pater eo caſu retinere ſibi poteſt, *ut hic.* 34 Vide *l.* 1. *ſupr. de bon. matern.* §. 2. *Inſt. per quas perſonas cuiq. ibi, non tertiam.* 34 Vide *l.* 1. *ſupr. de bon. matern.* §. 2. *Inſt. per quas perſonas cuiq.* 35 *l.* 1. *l.* 2. *C. Theod. de bonis maternis:* non enim poteſt æſtimari emancipatio, unde quaſi pro pretio emancipationis dicitur id dari. §. 2. *Inſt. per quas perſonas cuiq.* 36 Vide *l.* 2. *ſupr. de bonis maternis.* 37 Tertia ſolitet, unde colligunt, tertiam partem minimam non *ff. ad leg. Jul. de adulter.* fine tutoris vel curatoris autoritate. *l.* 1. *l.* 2. *ſupr. qui legitimam perſonam ſtandi in judicio.* 12 Plena ætas, non impubes. 13 Prima ætas imperbetis. §. 3. J. *eod.* 38 Vt olim. *l.* 2. *C. Theod. de bon. matern.* 14 Vid. Ant. Merend. *controverſ. lib.* 4. *cap.* 8. & 22. Anſ. 15 *l.* 8. *verſic. ad defendendam. ff. de precariis.*

39 Hodie præmium emancipationis patri debitum, eſt ſemis uſusructus bonorum filii: olim non quæri nobis putamus, quod jure ſatis quæritur. 40 Supervacue id protestationis erat pleno jure. *l.* 1. *l.* 2. *C. Theod. de bon. matern.* 41 Id eſt, exceperint.

42 Omnino, ita ut pater revocare non poſſit, id quod ſemel donaverit. 43 *l.* 12. §. 1. 44 Imo neceſſe non videtur: cum nulla hypotheca in patris bonis liberis competat. §. 2. *ſupr. eod.* 45 Hypothecam tacitam in bonis patrum liberi habent. Patrum, inquam, a quibus res ipſorum liberorum maternæ & ſimiles adminiſtantur. 46 Hypothecæ in bonis patris liberis competentis initium eſt, non a male geſta adminiſtratione, ſed ab ipſo initio geſtionis. *l.* 6. §. 2. *ibi, ex eo die quo eadem res ad eam pertinere cœpit. ſupr. de ſecund. nupt.* 47 Vide quæ dixi ad *l.* 30. *ſupr. de jure dot.*

48 Donata a Principe vel Auguſta, non quæruntur patri, etiam quod ad uſumfructum. adde *l.* 26. *ſupr. de donationibus int. vir. Synopſ. Baſil.* 1. *cap.* 13. Goth. Vid. Gomez. *ad leg. Taurin.* 50. *num.* 72. Anſ. 49 Quid nomine mobilium comprehendatur, *l.* 93. *num.* 72. Anſ. 49 Quid nomine mobilium comparatæ mobilium nomine non continentur. *l.* 9. *tit.* 3. Merces tamen negotiationis cauſa comparatæ mobilium nomine non continentur. *l. periculis.* §. 1. *ff. de Aedil. & ed.* Menoch. *de præſumpt. lib.* 4. *quæſt.* 137. Anſ.

50 Filiusfamilias quod a Principe accepit, quaſi caſtrenſe eſt. 51 *l.* 6. *ſupr. eod.*

52 Imperialis fortuna ut omnes alias ſupereminet, ita donationes a Principe, vel Auguſta

De hereditate delata filiofam.

8. Idem A. Joanni PP.

CUm non [1] ſolum in maternis rebus, quæ filiisfamilias deferuntur, ſed etiam de aliis omnibus, quæ acquiſitionem effugiunt (& maxime poſt novellam noſtri numinis legem [2], [quæ] omnia, quæ extrinſecus ad filiosfamilias perveniunt, [&] non ex paterna ſubſtantia [ſunt,] non eſſe acquirenda patribus ſtatuit, niſi tantummodo ad uſumfructum) variæ altercationes exortæ ſint, & varius eventus, variusque continetur tractatus, & ſemper in judiciis verſantur: neceſſe eſt utiliter, & apertiſſime omnia dirimere. † Sancimus itaque, in omnibus rebus quæ effugiunt quidem dominii acquiſitionem, ſed uſusfructus tantummodo patri offertur: vel aliis parentibus a filiofamilias cujuscunque gradus vel ſexus, ſive pater adire filiumfamilias integræ ætatis compellit, & ille reclamandum [3] exiſtimat, ſive filiusfamilias adire cupit, & pater in contrarium inclinat: liberam habere licentiam, & patrem ipſum ſibi adire hereditatem recuſante filio, & omne ſive damnum, ſive lucrum in ſuam habere fortunam, nullo [4] ex hoc præjudicio filio generando. † Sive e contrario patre recuſante [5] filius adire hereditatem voluerit: nullam acquiſitionem, nec uſumfructum patri offerri, ſed ipſum filium ſibi imputare, ſi quid ex hoc contigerit: nulla actione, neque contra patrem danda, ubi adverſus ejus voluntatem filius hereditatem, vel legatum, vel fideicommiſſum, vel aliud quicquam ex quocunque titulo, ſive donationis, ſive contractus [alterius] ſibi acquirere maluerit: neque adverſus filium ſimili modo actione extendenda, ubi recuſante eo, pater ſua auctoritate hæc ſibi vindicet: hujusmodi aditionis tramite ex præſenti lege patri competente: ſed habeat pater omnem licentiam, & actiones movere, & ab aliis pulſari, ubi ad eum totum commodum advenit: & filius ſimili modo in [6] agendo, & pulſando ſolus habeat, & detrimentum, & commodum. Neceſſitate [7] per officium [8] [Judicis] patri imponenda [9] tantummodo filio conſentire, vel agenti [10], vel fugienti ne judicium ſine [11] patris voluntate videatur conſiſtere. Et hoc quidem ſi plenæ [12] ætatis filius eſt, qui paternam voluntatem ſequi non patitur.

§. 1. Sin autem in ſecunda [13] ætate adhuc filius eſt, & hereditate ei delata pater conſentire adeunti hereditatem noluerit, vel patre volente ipſe reclamaverit: ſi quidem recuſaverit filius, licentiam damus patri ſimili modo hereditatem adire, & eam pleno jure habere [14] his omnibus quæ ſuperius diximus, locum habentibus. Sin autem patre recuſante filius adire maluerit: damus quidem licentiam ei hoc facere. Nolente autem patre res filii gubernare propter cauſæ neceſſitatem, habeat [15] facultatem filius adire competentem Judicem, & ab eo petere [16] curatorem [17] hereditati dari, per quem gubernatio rerum ad eum delatarum procedat: in utroque caſu in integrum reſtitutionis auxilio minime ei denegando. §. 2. Similique modo & in mille filiofamilias qui recuſaverit aditionem hereditatis, quæ ei ex [18] caſtrenſibus occaſionibus veniat; patri danda licentia adire hereditatem, ut ad ipſum perveniat pleno jure, tam per uſumfructum, quam per dominium eandem hereditatem poſſeſſurum, quaſi ipſe pater ab initio fuiſſet heres inſtitutus, eo videlicet ſubjacente omnibus oneribus hereditariis, & omnia commoda habituro, & ad filium nullo periculo redundante. Et hæc quidem in his caſibus obſervanda ſunt, quibus diſcordia inter patrem & filium vertitur.

§. 3. Ubi [19] autem in unum voluntas eorum concurrit, & pater uſumfructum, & filius habeat proprietatem: & in agentibus & fugientibus pater quidem ſuſcipiat actiones, & moveat, cujuscunque ætatis filius inveniatur, adhibeatur autem etiam filiorum conſenſus [20], niſi adhuc in prima [21] ætate ſunt conſtituti, vel longe [22] abſunt, ſumptibus [23] videlicet a patre propter rerum incrementa faciendis: cum [24] enim nuda proprietas apud filium inveniatur, ex qua ſubſtantia poſſibile eſt eum ſumptus litis dependere?

§. 4. Sin autem res alienum [25] ex defuncti perſona deſcendit, cum etiam apud Vereres hæc eſſe ſubſtantia [26] intelligatur, quæ poſt detractum [27] æs alienum ſuperſederit: habeat pater licentiam ex rebus hereditariis (primum quidem mobilibus [28], ſin autem non ſufficiunt, ex immobilibus [29]) ſufficientem partem nomine filii venundare, ut illico reddatur æs alienum, & non uſurarum onere prægravetur. Quod ſi pater hoc facere ſuperſederit, ipſe uſuras [30] vel ex reditibus, vel ex ſubſtantia ſua omnimodo dare compelletur. Sin autem legata, vel fideicommiſſa ſive annalia ſive ſemel relicta imminent, hujusmodi perſonis: ſi quidem tales [31] reditus ſunt, qui ſufficiunt ad annalia legata, pater ex hujusmodi reditibus hoc dependere compelletur. Sin autem non habeat ſubſtantia ſufficientem reditum ad legatorum, vel fideicommiſſorum præſtationem, vel minime reditus, vel alias acceſſiones contineat, ſint tamen res mobiles, vel immobiles, ſteriles [32] quidem, non tamen inutiles, veluti domus in provinciis pretioſæ [33], vel ubicunque poſita [ædificia, vel] ſuburbana, ex quibus hujusmodi legata poſſint explicari: licentia dabitur patri ſufficientem partem eorum ſimiliter filii [34] nomine vendere, & ſatisfacere legatis. † Hoc proculdubio obſervando, ut & mancipia [35] ipſe uſufructuarius alere debeat, & omnia circa uſumfructum facere, quæ nullo modo proprietatem poſſint deteriorem [36] facere: paterna reverentia [37] eum excuſante, & a ratiociniis, & a cautionibus, & ab aliis omnibus, quæ ab uſufructuariis extraneis [38] a legibus exiguntur ſecundum noſtræ Conſtitutionis tenorem, quam ſuper hujusmodi caſibus tulimus. §. 5. Ipſum autem filium, vel filiam, filios, vel filias, & deinceps alere [39] patri neceſſe eſt, non [40] propter hereditates, ſed propter ipſam naturam, & leges quæ & a parentibus alendos eſſe liberos imperaverunt, & ab [41] ipſis liberis parentes, ſi inopia ex utraque [42] parte vertitur. Sed pater quidem in prædictis tantummodo cauſis habeat licentiam [rite [43]] res filiorumfamilias vendere filii nomine: vel ſi emptorem non invenerit, [rite pignori] ſupponere, nullo modo licentia concedenda filiis easdem venditiones, vel hypothecas retractare. Non autem licentia parentibus danda extra [44] memoratas cauſas, res, quarum dominium apud eorum poſteritatem eſt, alienare, vel pignori vel hypothecæ titulo dare: ſed ſi hoc fecerint, ſcituris, quod neceſſe eſt eos in legum laqueos incidere, quibus hujusmodi venditiones, vel hypothecæ ſunt interdictæ: exceptis [45] videlicet [rebus] mobilibus, vel immobilibus illis, quæ onerofæ hereditati ſunt, vel quocunque [modo] damnoſæ, quas ſine periculo vendere patri cum paterna [46] pietate licet: ut pretium earum vel in res [47], vel in cauſas hereditarias procedat, vel filio ſerveetur. † Filiis autem familias in his [duntaxat] caſibus, in quibus uſusfructus apud parentes conſtitutus eſt, donec parentes vivunt, nec de iisdem rebus teſtari [48] permittimus, neque citra voluntatem eorum, quorum in poteſtate ſunt, ulla licentia eis concedenda dominium rei ad eos pertinentis alienare, vel hypothecæ titulo dare, vel pignori adſignare. Melius enim eſt coarctare juveniles [49] calores, ne cupidini dediti triſtem exitum ſentiant, qui eos poſt diſperſum [50] expectat patrimonium. Cum enim (ſicut dictum [51] eſt) parentes alere eos ſecundum leges & naturam compellantur, quare ad venditionem rerum ſuarum proſilire deſiderant? §. 6. Ubi autem puerilis ætas patri licentiam præſtat etiam ſine conſenſu filii hereditatem nomine ejus adire: ſi hoc fecerit [pater, damus] quidem [52] filio in integrum reſtitutionem, poſtquam patria fuerit poteſtate liberatus, vel adoleverit: patrem autem [omnibus] oneribus hereditariis, licet nomine filii adiit, modis omnibus illigamus. Quare enim talem hereditatem adiit: qualem nec ipſe, nec nunc filius idoneam ſibi eſſe exiſtimat? Non autem filio damus [53] licentiam, ſi in integrum reſtitutionem petat, reſpuendam credens eſſe hereditatem, adhuc minoribus curriculis inſtantibus, iterum per aliam reſtitutionem adire præfatam hereditatem, *ne ludibrio* [54] *leges ei fiant, ſæpius eandem & ampleſti & reſpuere hereditatem cupienti.* Si enim quod pater fecit, [filius] ratum non habuit, & propter hoc reſtitutus [55] eſt: quomodo ferendus videatur iterum judicium amplectens, quod poſt patris voluntatem contraria affectione aſpernandum eſſe exiſtimavit? † Sin vero pater quidem hereditatem repudiaverit [56] infante filio conſtituto, ipſe autem filius poſtea vel adhuc in ſacris conſtitutus, vel patria poteſtate liberatus, adeundum eſſe crediderit eandem hereditatem: licentiam damus ei, vel ſi ſui juris efficiatur, tutoribus ejus, vel curatoribus hereditatem adire, nullo [illegible] tutorum tione paterna ei generando.

1 Omnium [illegible] patri adquiritur, liberi proprietatem habent: [illegible] ſed in his rebus, quæ ex rebus patris provenunt. *Synopſ. Baſil.* 45. *tit.* 4. *c.* 14. Goth. Materiam *hujus l.* 10. vid. apud Bellon. *Suppotat. lib.* 3. 2 Ea ſibi delatas non vult adquirere, pater pleno jure eas adquirere poteſt, *ut hic*, & e contra *verſ. ſive e contrario.* J. *eod.*

4 Cur ita? vide *l.* 1. §. 1. *ff. de ſucceſſorio. l.* 11. *ſupr. de jure deliber. l.* 2. *ſupr. de repudiand. vel abſtin.*

6 Adventitiorum nomine agere, vel conveniri filius non poteſt: ſive pro iis agat, ſive conveniatur, *ut hic.* An & ea adquirere poteſt fine juſſu patris? poteſt, nam & patre etiam invito, & contradicente adire poteſt. *verſ. ſive ſupr. eod.* 7 Filiusfamilias in judicio ſine conſenſu patris eſſe non poteſt, *ut hic.* Quid? num hoc perpetuo verum eſt? fallit in cauſa criminali. *l.* 1. §. 2. *C. de caducis:* ut & ſpirituali, ſeu divina, vel religionis: ſed & in iis, quæ voluntariæ jurisdictionis ſunt: ut & quoties pater legitimus non eſt adminiſtrator rerum filii. Poteſt quoque filius coram arbitratore litigare. In cauſis beneficiorum Eccleſiaſticorum idem eſſe cenſent: ut & quoties judicis officium implorat: fallit quoque in reconventionis & appellationis cauſa, vel quoties reſtituitum impetrat, ut & iis cauſibus quibus minor in judicio eſſe poteſt ſine auctoritate tutoris, vel ſi alieno nomine comparat, aut in judicio certam pecuniam confeſſus, a judice damnatus eſt. vide Socin. *reg.* 151. 8 Pater officio judicis cogitur conſentire cauſa cognita. 9 Juſſu magiſtratus quod ſit in judicio metu fieri non dicitur. *l.* 14. §. 1. *l.* 33. *ff. de injuriis.* 10 Judicium reddit in invitum etiam adtorem. 11 Filiusfamilias non poteſt integram perſonam ſtandi in judicio ſine conſenſu patris *ut hic.* vide *l.* 9. *l.* 13. *l.* 39. *ff. de oblig.* ut nec pupillus, nec adultus. *l.* 6. §. 2. *ff. ad leg. Jul. de adulter.* ſine tutoris vel curatoris autoritate. *l.* 1. *l.* 2. *ſupr. qui legitimam perſonam ſtandi in judicio.* 12 Plena ætas, non impubes. 13 Prima ætas imperbetis. §. 3. J. *eod.* 14 Vid. Ant. Merend. *controverſ. lib.* 4. *cap.* 8. & 22. Anſ. 15 *l.* 8. *verſic. ad defendendam. ff. de precariis.*

16 Etiam abſente patre. 17 Nota de curatore hereditati dato. 18 Caſtrenſes hereditatem a filio, repudiatam pater adire poteſt. 19 In his rebus in quibus pater uſumfructum habet, filius proprietatem, pater proprietatis filio competentis adminiſtrationem habet. *l.* 1. *verſ. parentes. ſupr. de bon. matern.* 20 Explicatemus hujus §. 3. & conciliationem *l.* 1. *ſupr. de bon. matern.* vid. apud Joann. a Sand. *deciſ. Friſic. lib.* 2. *tit.* 7. *defin.* 4. Anſ. 21 Prima ætas cui ſecunda ſubopponitur. §. 1. *ſupr. eodem.*

22 Abeſt quis maxime, cum longiſſime abeſt. 23 Pater uſufructuarius proprietatis bonorum filio competentis, actiones ſuſcipere & excipere ſuis ſumptibus tenetur.

24 In particulari uſufructuario id locum non habet, quemadmodum in univerſali, de quo hac conſtitutione agitur. 25 Uſufructuarius univerſalis æs alienum diſſolvere cogitur.

26 Subſtantiæ vocabulo hic bona intelligo, alias pro hereditate ſumitur. *l.* 16. *ff. in princ. ad SC. Trebell. de lib. prater.* alias pro pecunia non pro hereditate ſumitur. *l.* 39. §. 1. *ff. de verb. ſignific.* 28 Ordinem

27 Bona intelliguntur, deracto ære alieno. *l.* 39. §. 1. *ff. de verb. ſignific.*

terum alienarum diſtrahendarum obſerva. 29 Immobilia a mobilibus diſtrahenda.

30 Uſufructuarius univerſalis, ex uſuris proprietatem liberare cogitur. 31 Uſufructuarius univerſalis legata præſtare cogitur ex reditibus. 32 A ſterilium rerum alienatione inchoantibus. 33 Quæ damnoſis ſimiles. 34 Uſufructuario ad onera injuncta exſolvenda non ſufficiente, proprietas delibari poteſt. 35 Uſufructuarius mancipia in quibus uſumfructum habet, alere tenetur. 36 Uſufructuarius detenorem proprietatem facere non debet. *l.* 7. §. 12. *ff. ſolutio.* 37 Pater a rationibus redendis reverentia patrona excuſatur. *l.* 6. §. 2. *ſupr. eod.* idem in orphanotrophio. *l.* 2. *ſupr. de epiſc.* adde *Novell.* 131. *cap.* 11. *circa fin.* 38 Uſufructuarius rationibus obnoxius. adde *l.* 1. §. *de uſufruct.*

39 Vide *l.* 3. *ſupr. de alend. lib.* 40 Non propter lucrum quod a liberis parens accepit, ſed propter ipſam naturam, & leges quæ & a parentibus alendos eſſe liberos imperaverunt, & ab 41 ipſis liberis parentes, ſi inopia ex utraque 42 parte vertitur. Sed pater quidem in prædictis tantummodo cauſis habeat licentiam [rite 43] res filiorumfamilias vendere filii nomine: vel ſi emptorem non invenerit, [rite pignori] ſupponere, nullo modo licentia concedenda filiis easdem venditiones, vel hypothecas retractare. Non autem licentia parentibus danda extra 44 memoratas cauſas, res, quarum dominium apud eorum poſteritatem eſt, alienare, vel pignori vel hypothecæ titulo dare: ſed ſi hoc fecerint, ſcituris, quod neceſſe eſt eos in legum laqueos incidere, quibus hujusmodi venditiones, vel hypothecæ ſunt interdictæ: exceptis 45 videlicet [rebus] mobilibus, vel immobilibus illis, quæ onerofæ hereditati ſunt, vel quocunque [modo] damnoſæ, quas ſine periculo vendere patri cum paterna 46 pietate licet: ut pretium earum vel in res 47, vel in cauſas hereditarias procedat, vel filio ſerveetur. † Filiis autem familias in his [duntaxat] caſibus, in quibus uſusfructus apud parentes conſtitutus eſt, donec parentes vivunt, nec de iisdem rebus teſtari 48 permittimus, neque citra voluntatem eorum, quorum in poteſtate ſunt, ulla licentia eis concedenda dominium rei ad eos pertinentis alienare, vel hypothecæ titulo dare, vel pignori adſignare. Melius enim eſt coarctare juveniles 49 calores, ne cupidini dediti triſtem exitum ſentiant, qui eos poſt diſperſum 50 expectat patrimonium. Cum enim (ſicut dictum 51 eſt) parentes alere eos ſecundum leges & naturam compellantur, quare ad venditionem rerum ſuarum proſilire deſiderant? §. 6. Ubi autem puerilis ætas patri licentiam præſtat etiam ſine conſenſu filii hereditatem nomine ejus adire: ſi hoc fecerit [pater, damus] quidem 52 filio in integrum reſtitutionem, poſtquam patria fuerit poteſtate liberatus, vel adoleverit: patrem autem [omnibus] oneribus hereditariis, licet nomine filii adiit, modis omnibus illigamus. Quare enim talem hereditatem adiit: qualem nec ipſe, nec nunc filius idoneam ſibi eſſe exiſtimat? Non autem filio damus 53 licentiam, ſi in integrum reſtitutionem petat, reſpuendam credens eſſe hereditatem, adhuc minoribus curriculis inſtantibus, iterum per aliam reſtitutionem adire præfatam hereditatem, *ne ludibrio*